Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Libri historiarum quatuor [Rerum Romanarum epitoma] a [Joanne] Cuspiniano castigati cum ind

Florus, Lucius Annaeus

Vienne, 1511

Petrei Aperbacchi ad l. florvm restitvtvm

urn:nbn:de:bsz:31-270805

Visual Library

PETREI APERBACCHI AD L. FLORVM RESTITVTVM.

Luci: q̄ tenebræ tibi malignæ
Lucem ſuſtulerant decuſq; clarum.
Non iam Romuleæ fauore gentis(
Neſas)dignus eras. & aure docta.
Scholis innocuus nec ambulare:
Nec curui poteras crocos theatri,
Lætus uiſere: fronte ſet ſeuera
Timones: Curii: feri Catones
Triſtes Fabricii ſalariiq;
Naſo Rhinocerotico petulci
Circum te ſteterant. leuiſq; ſanna
Porrectis digitis/ſet impudicis
Næuos: ulcera: uulnera exproprabant:
Error quos dederat librariorum
In peius q; ruens rudis uetuſtas.
Sortem ſet miſeratus hanc acerbam.
Phæbi Cuſpinianus ille alumnus
Stilo Cuſpinianus ille pollens
Plectro qui reſonat melos canorum/
Arpinis q; parum ſecunda chartis.
Dictat/ uel tumido probanda Caluo/
Næuos: ulcera: uulnera abluit. Iam
Scholis innocuus licet uageris
Iam curui poteris crocos Theatri
Lætus uiſere. fronte iam ſeuæra
Timones: Curios: feros Catones:
Triſtes Fabricios ſalarioſq;.
Ride. Pompatico gradu. rubente
Vultu. ſplendidus: & decorus Oſtro
Felix innumeras eas in oras.

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg